



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 00526/2026-847/25/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, cuius est omnia quae ad concessionem et usum Indulgentiarum spectant rite ordinare, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Leone Divina Providentia Papa XIV, Ministro fidei ac laetitiae nostrae, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Matthaeo Rougé, Episcopo Nemptodurensi, benigne concedit ut, in Iubilaeo ecclesiae Nostrae Dominae Pentecostes v.d “Maison d’Eglise”, die pro fidelium utilitate eligendo, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope communicationis instrumentorum propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die VII mensis Ianuarii, anno Domini MMXXVI.

Angelus card. de Bonis
Paenitentiarum Major

+ Christopherus Josephus Nykrel
Episcopus tit. Velicenis, Reperus